

Analiza morfosintácticamente y traduce las siguientes oraciones :

1. Galli Delphos oppugnaverunt, quorum divitias expetebant.
2. Ipse eo quo Labienum miserat contendit.
3. Caesar misit legatos, qui hoc dicerent.
4. Consul quem senatus in Siciliam miserat, tres menses mansit.
5. Terminus erat deus, qui fines agrorum tuebatur.
6. Caurus est ventus violentus, qui flat ab occasu solis.
7. Dux equites quos fortes habebat trans flumen misit.
8. Clusini legatos Romam, qui auxilium peterent a Senatu, miserunt.
9. Lacedaemonii legatos Athenas miserunt, qui Themistoclem accusarent.
10. Milites virgulta colligunt, quibus fossas compleant.

### Ulises llega a la isla donde habita Circe

Itaque curnsum tenebant ad insulam qua Circe, filia Solis, habitabat. Post longum iter procul in valle magnam Circis domum conspexerunt et ante portam multas feras quas arte domuerat. In domo dea sedebat, quae simul pulchram telam texebat et voce cantabat dulcissima. Itaque portae appropinquaverunt omnes praeter Eurylochum, qui insidias timebat. Interea Eurylochus dubius ac perterritus ad navem festinavit et omnia Ulixi narravit; qui, quod mirabilem artem timebat, eum ad locum statim duxit.

### El origen del nombre de los días de la semana

Dies dicti sunt a deis quorum nomina Romani quibusdam stellis dedicaverunt. Primum enim diem a Sole appellaverunt, qui princeps est omnium stellarum et idem dies caput omnium dierum est. Secundum diem a Luna appellaverunt, quae ex Sole lucem accepit. Tertium ab stella Martis, quae vesper appellatur. Quartum ab stella Mercurii. Quintum ab stella Iovis. Sextum a Veneris stella, quam Luciferum appellaverunt, quae inter omnes stellas plurimum lucis habet. Septimus ab stella Saturni.

### Guerras en Hispania

Eodem tempore Metellus in Celtiberia apud Hispanos res egregias gerit. Successit ei Q. Pompeius. Nec multo post Quintum quoque Caepio ad idem bellum mittitur. Hoc bellum quidam Viriathus contra Romanos in Lusitania gerebat. Quo metu Viriathus a suis interficitur